



Sub dei nomine et eius gratia. Ego Adelfonsus dei gratia imperator. una cum coniuge mea imperatrice domina berengaria. gratia animo. et uoluntate spontanea. nemine cogente. facio cartam donationis. et confirmationis. omnibus christians qui hodie in toledo populati sunt uel populari uenerunt. mozarabos. castellanos. francos. quod non dent portaticum in toledo neque in intoritu neque in exta. neque in tota mea terra de totis illis causis quas comparauerunt uel uendiderunt. aut de alio loco secum adduxerunt. Illi uero homines qui cum mercadibus ad terram maiorum de toledo exeuntes perreperunt. dent suum portaticum secundum suum forum. Super hoc solto illis quod ab isto die in antea non dent regi terre alessor neque alio homini. de pane. de uino. neque de alio labore quem fecerunt.

Illis foros quos supra diximus dono et concedo omnibus illis christians qui in toledo habuerunt casam. et hereditatem. et mulierem. ut habeant et teneant illos ipsi et filii eorum. et omnis generatio sua presens et futura. iure hereditario in sempiternum.

Quicumque igitur hoc meum scriptum infringere. siue de meo uel alieno genere fuerit. sit a deo et sanctis eius maledictus et in inferno cum uida christi proditore sine fine damnatus. et cum datan et abiron quos iherosolima terra absorbit uariis quicquidibus apud inferos tormentatur. et insuper peccet regi terre nulle librae auri. et carta firma semper remaneat.

Facta carta in coenqua. xv. idus aprilis. Era. m. cc. lxxv. Adelfonso imperatore imperante in Toledo Legionem. Saragoza. Maiara. castella. calicia. Ego imperator Adelfonsus hanc cartam quam iussi fieri in anno secundo quod coronam imperii primitus in legionem recepi. confirmo. et manu mea approbo.



R amundus toletanus archiepiscopus
 P ecorobienensis episcopus
 B ongricus saleritanus episcopus
 P ecor legionensis episcopus
 P ecor caeciliensis episcopus
 R obert asturicensis episcopus
 P ecor palentanus episcopus

Infans dña sancia soror imperatoris
 R odricus martinez comes legionensis
 R odricus gomez comes saleritanus
 P rimerigot comes burgalensis
 S ueus comes asturicensis
 G onsaluus comes

Guter ferrandez maior domus
 R odricus ferrandez
 Almarrie alferiz
 Lop lopes
 Ordon gustiez
 O sori martinez
 O denda bosin
 Michael feliz merin in burgis
 Diego munoz merin in carrione

Gualdus scripsit hanc cartam iussu magistri hugonis cancellarii. i - m - p - e - r - a - t - o - r - i - s .

